nasci qui vt̄ ipse testatur p̄cis
est v̄uis qui de celo descendit.
Ipsē eū est q̄ nos oēs refert.
In diebus herodis regē āno s̄
regni sui 30 h̄ p̄t p̄z p̄phetā
īpletā q̄ d̄. Gen 29 Non a-
feret² sceptrū de iuda ne dux
de femore eius donec veniat

qui mittendus ē Herodes et
erat alienigena et regnū suū
sibi datū a rōnis īp̄atoribus.
Iste magi venerūt ab oriente
ihō³ Noīā istoz̄ lecte fuerūt ias-
par melchior balthasar hebraice
apollus amercus damascus
Grece galgalach magaboth so-
rachim vt̄ m̄gī ī hist̄. Dicit²
aut̄ magi nō a magica arte s̄
magnitudine sciencie magis
ē p̄ se seba hebreice philosophus
grece et sapiens dicitur latine.
Et iō dicit sūt reges quia ī illo
tpe phi sapientes regnabat.
Iō videntes stellā nouam cog-
nouerūt p̄ diuinā īspiratiōē
q̄ i^a erat q̄ dicta fuerat p̄
balaam. Orietur stella ex ia-
cob et exurgēt hō ex israhel
et confringet oēs duces alieni-
genarū. Et iō statim mouerūt
se de locis vt̄ venerūt ad ado-
randū vendi puerū natum.
Et sequētes stellam venerūt
ī iudeam die 13^o cū magno
comitatu vt̄ glō. Sed quid ī
tam p̄uo tpe venire potuerūt
ab oriente usq̄ ih̄m que ī
meditullio mundi dicitur esse
sita. Dicendū secūdu secū-
dū Kemugū. Et t̄ puer ad
q̄ properabant ī tā v̄u spa-
cio p̄ducere eos potuit vel
2m̄ Jeronimū. Et sup̄ dro-
medarios venerūt que sūt
aūalia velocissima que tan-
tū currūt vno die quātū e-
quus ī tribus diebus. Nico.
de lira dicit. Et ita t̄a v̄bi

ubi habitabat balaam non multum
distabat a iudea cuius succes-
sores fuerunt. Ipse autem iudeam in-
transibit stella divina disposi-
tione dispiuit ut nate venire
haberent ad ciuitatem regiam
et mare de x^o nato. Et hoc
factum est duplici ratione. Pro-
pter ipsos magos ut qui ipse
fuerat gmoniti celesti signo quod
maretur et ex prophetis dicto
ex dictorum hebraicorum ratio a-
lia causa propter christum ut eius na-
tuitas in ciuitate regia nuncia-
retur et pro quibus iudei christum non
recipientes irreversibiles habe-
rentur. Pro hoc et figurabatur quod
fides christi erat a gentibus recipi-
enda et a iudeis pro ad eum in
infidelitate manentibus refuta-
da quia magi qui gentiles erant
ipsi christum deuote assueverunt
et nuntium adorauerunt. Sacer-
dotes autem iudeorum christum natum
audientes pro signum celeste mi-
nimo moti sunt ad ipsum querendum
et venerandum. Igitur cum
ipsi magi venissent iherosolimam
interrogauerunt de puero
nato dicentes ubi est qui natus
est rex iudeorum vidimus enim stel-
lam eius in oriente et venimus
adorare eum. Non interrogant an
natus sit quia hoc credebant pro-
pensione stelle. Sed ubi his verbis
sicut dicit Remigius. Verum homines
verum regem et verum deum confes-
si sunt. Verum homines cum dixerunt ubi
est qui natus est rex iudeorum
verum deum cum subiungit verum

A verum regem
cum ayunt

adorare eum preceptum est fuit ut non
nisi solus deus adoraretur. Audiamus
autem herodes rex. S. eundem sig-
num turbatus est ne mirum vel
Nicolaius de luna quia alienigena
erat et ideo timebat perdere reg-
num. Gregorius Celi rege nato rex
terre turbatus est et nimirum
quia aliquid terra confunditur
cum celi deo celestis aperitur et
omnis iherosolima cum illo. Et hoc
tripliciter de causa quia ipse gau-
dere nequie de aduentu iusti
et ut regi turbato adularentur.
Pro hoc et similiter se turbatos
ostenderet. Quia sicut se
ventis gaudientibus vnda con-
citatitur sic et regibus se se in-
contrariantibus populus contur-
batur. Et ideo ex hoc timuerunt ne
si presentis et futuro rege ad ipse ter-
tantibus ipsi perturbationibus in-
voluerentur. hoc est ratio. Cuius
soli. Nicolaius de luna dicit quod
hoc accipitur. Propter pro toto et omnis ihero-
solima pro illa parte que fauebat si-
bi sicut giter dicitur quod a deo
ciuitatis aliquid faciunt quod
hoc tota ciuitas fecit. Et congregans.
S. herodes omnes principes sa-
cerdotum suscitabatur ab eis ubi
christus nasceretur. Nicolaius de luna
quia voluit christum perdere vole-
bat de loco natiuitatis dilige-
ter inquirere. Crisostomus hoc
obiat quare suscitabatur de scrip-
tura. A. et credebat scripturis
an non. Si non credebat ad quod tunc
interrogauit de scripturis quod
vaniloquas credebat esse. Si

credebat quō credebat se posse
 m̄ficere in scripturis regē dice-
 bant esse futurū Et respon-
 det **Crisostomus** q̄ credebat
 s̄ nō p̄fecte quia nō de suo cō-
 silio gub̄nabatur s̄ v̄nlo sua-
 boli habebatur alligatus **S̄**
in Crisostomus Omnes pec-
 catores qui h̄o ip̄s q̄ credūt
 p̄fecte credere nō p̄mittuntur
 propter execrationem inimici
Si ei p̄fecte crederent tūc p̄f̄e
 vuerent quasi post modicū
 transitū de hoc mundo non
 quasi metnū mansuri At illi
 s̄ p̄n̄. sa. dixerūt s̄ ad hero-
 dem **In bethlehem iude** **S̄**
 enī scriptū est s̄ miches 70
Et tu bethlehē terra iuda ne-
quaquā muniā es t̄ p̄n̄apib̄q̄
iuda ex te et exiet dur̄ q̄ regat
nab̄ populū meū isrl̄ lzā
nostra h̄z sic Et tu bethle-
hē effrata puula es t̄ mili-
bū iuda ex te et egredietur
q̄ sit dn̄ator t̄ isrl̄ et egres-
sus eius ab inao dierū et̄n̄
tatis Et 3 s̄ p̄ p̄phetie s̄ i h̄om̄
Tu bethlehem terra iuda v̄
effrata qd̄ dicitur ad distinc-
tionem aliq̄ bethlehem ut
dicitū est s̄ ut s̄ p̄uulus vi-
tilus m̄t̄ milia ciuitatū iu-
da cōparatione t̄n̄ n̄ es m̄iā
quia ex te nascetur magnū
x̄r̄ qui est dn̄ator t̄ isrl̄ 2̄
Et nō s̄ gl̄oz q̄ ew̄. p̄oū
v̄ba sicut ab eius d̄cā fuerūt
nō q̄ series scripture sic heāt
S̄ queritur quare iudei vā

phie mutauerūt q̄ v̄o mutu-
 lauerūt ad hoc dicit **Remigius**
 q̄ in hoc v̄p̄ndit̄ eorū igno-
 tia alit̄ d̄ s̄ gl̄oz q̄ si nō vā
 veritatem t̄n̄ s̄ q̄ quodānō po-
 nūt ad maiorem manifesta-
 tionē ut herodi alienigene in-
 tellectū p̄phetie aperit̄ tūc he-
 rodes d̄a vocat̄ magis quia s̄
Nicolaus de lura Cū herodes es
 alienigē nō confidebat de iudeis
 et iō voluit suū cōsiliū eos la-
 tere didicit ab eis diligenter tē-
 pus stelle q̄ appuit eis ut p̄ho-
 tempus natiuitatis p̄uei agnos-
 cer̄ et si ad eū nō reuenteren-
 tur sciet̄ quid faceret et mittēs
 eos in bethlehem dixit ite et
 interrogate diligenter de pu-
 ero nō dicit de rege quia nō
 regis ei odiosū erat et nō iue-
 nerit̄ r̄nūciat̄ michi ut et
 ego veniā adorem eū **Nico-**
laus de lura **S̄**pondet falsū
 obsequiū ut eos facilius deca-
 piat et ad redeūd̄ p̄ ipsū m-
 ducat **Crisostomus** Deuotio-
 nem p̄mittēbat sed gladiū
 acuebat et maliciā cordis hu-
 mili colore depingebat talis
 est eī cōsuetudo malignorū
 q̄n̄ aq̄ t̄ occulto ḡiuis ledere
 volunt hūilitatem illi et at-
 ticiā fingūt qui cū audisset
 regē imperantem de diligen-
 ti inquisitione et reditu abie-
 runt **Criso** nichil mali sus-
 picantes **Et nota** secūdū **Re-**
magiū q̄ isti magi audierūt

6

herodē quātū et ad hō q̄ q̄rerēt
dñm s̄ nō quātū ad hō ut ad
eū reuenterentur Et signāt
bonos auditores q̄ hō que audi
ūt a mat̄ p̄dicatoribus faciūt
sed nō opera eorū nō p̄mittunt
Et ecce stellam quā viderant
in oriente antecedebat eos usq̄
dū veniens staret supra ubi
erat puer De hac stella cuius
mōi fuit sūt tres opiniones
quas Remigius post̄ ī origina
li Quidam dicūt fuisse spiritū
sanctū vt̄ e qui postmodū dñt
sup dñm baptisatū in specie
columbe appuit et magis in
specie stelle Alij vt̄ Crisostō
dicūt q̄ fuit angelus ut ipse q̄
apparuit pastoribus apparuit
et magis Sed ipso pastorib⁹
iudeis tāquā ratione vtentib⁹
apparuit in forma rationali gē
tilibus vero tāquā irōbilibus
ī sp̄e irrationali Alij dicūt q̄
verius creditur q̄ fuit stella
de nouo creata q̄ pacto suo mys
terio rediret in p̄iacentem ma
teriam Ista aut̄ stella s̄ fful
gentū differebat ab alijs in
tribus p̄o in situ quia nō erat
localiter sita ī f̄to sed pen
debat in medietate aeris proxi
ma terre Q̄ notanter patet
ex eo q̄ aliquis dom̄ nō dister
nisset ubi erat puer 2o in
fulgere quia ceteris erat splē
didior q̄ in patet quia splē
dorem eius nō poterat pote
rat sol obscurare in meridie
lucidissima 3o in motu quia

Predebat magos moē viato
ris nō et mouebatur motu cū
lari sed quasi motu et p̄cessio
Item quātō d̄ magnitudine q̄
ut dicit p̄tolomeus quelib⁹
stellarū fir̄ti visibilis nob̄ aoe
est tota terra forte ista nō fuit
ultima quātū duorū aubi
torū vt̄ tum Vidētes aut̄ s̄ ma
gi stellā gauisi sūt gaudio nig
no valde Magis ei gaudēt
hōes de inuentione rei p̄dite quā
posse vel s̄ Crisostomū qua
sp̄es eorū nō erat decepta
s̄ confirmata amplius Et
intrantes domū inuenerūt pue
rū cū maria m̄re eius nō dia
demate coronata aut̄ in lecto
aureo recubente sed vix tunc
cam vnā h̄nbe nō ad ornatū
corporis sed ad tegumentū nu
ditatis Et p̄adentes sup ge
nua adorauerūt eū s̄ adora
tione latrue Et vt̄ dicit Nu
de-li hō cognouerūt p̄ diu
nā reuelationē Et Cū ei
viderūt puerū pannis vili
b⁹ involutū nō loquentem s̄
nō ē veri simile q̄ talē reue
rentiā ei exhibuissent nisi ī
eo alij sup hōes cognouisset
Et apertis thesauris suis obtu
lerūt ei m̄nera aurū th̄us et
mirrā Bernardus Q̄ fia
tis o magi q̄d factis lactentē
puerū adoratis in tugurio
vili in vili⁹ p̄anis ergo ne
deus est iste q̄d factis q̄ au
rū offertis go ne rex est
ipse et ubi aula regia ubi

thronus ubi tunc regalis Fre-
 quencia Nunc aida e stabulu
 thronus pscipi tunc frequen-
 cia ioseph et maria isti inspicio
 facti ut fierent sapientes Nunc
 pnt queri due questiones p^o gna
 quare isti magi p^o numera ob-
 tulerit x^o quare h^o tra Mune-
 ra et obtulerit p^o quqz p^o q^o 1
 suetudine ambu qui cu ad p^oia
 adorant munera ei offerunt
 Et ut ostenderet eu esse deu qui
 dixit Exo 3^o Non appabis i
respectu meo vacuus Etia ut
 eius paupertati subuenirent Et
 ut ex discretionem muneru demo-
 strarent conditione infantis q
 qualis e vnusquisqz taliu mune-
 ru dignus e Quare h^o ta p^o
asserbitur h^ois s^o glo^o quia am-
bes in sua regione habundant
h^ois s^o auro et thure et diuersis
generibus aromatiz et ipsi ta-
lia consueuerunt offerre Sed me-
 lius dicitur s^o eandem glo^o quia
 diuina inspiratione sic est firm^o
 p^o mistica significationem qua
 et si tunc no intelligentes magi
 h^o vt Crisostom^o gra q^o illos h^o
oia hortabatur ipsa ordinauit
vnuersa Et s^o m^o Kemugit
Sciendū et Nu. de. li. et ali-
os doctores qua plures no sin-
guli singula obtulerunt vt qd
arbitrantur Juxta illud Jas
par fert muram thur melchio
balthasar aurū Sed quilibet
 eoru h^o obtulit tra Rationes
 aut mistice asseruntur horu m^o
 muneru p^o s^o m^o Greg^o quia h^o s^o
 ta assignat^o regia pot^o dina

maestas et huana mortalitas
 aurū ei ad thutu thus ad sacri-
 cū mura ad sepulturam p^o
 mortuoru h^o ei ta magi cog-
 nouerit de ipso vn dixerit
 de ipso sup Vbi est qui natus
est ecce huanaitas rex iudeoru
ecce regia p^oas Verum ad
 rare eu ecce diuinitas Alia ra-
 tio quia p^o h^o ta signatur ta
 q^o erant in x^o s^o diuinitas p^o
 ciosissima que p^o aurū intelli-
 gitur qd est p^oiosus oibus
 metallis aia deuotissima que
 p^o thus intelligitur qd oratio-
 ne et deuotione significat Ps
Dignatur oro mea zc Et ca-
 ro mudissima ab oi corruptione
 integra q^o p^o mura q^o a corrup-
 tione cōseruat designatur z
ratio secundum Bernardū
quia aurū vrgini obtulerit
propter mope subleuationem
thus propter stabuli fetorem
muram propter membroru
pueri solidatione Cap^o nos-
tra eruditione ut s^o nos exem-
plo horu magoru h^o dona p^ouo
iesu spiritualiter offeā qua-
 liter h^o facere debemus pateb^o
 in sermone sequenti Et respō-
 so accepto in sompnis p^o ip^o
 deū s^o h^oz vel p^o angelū s^o m^o
Crisostomū ne rediret ad he-
rodem p^o alia via reuersi sūt
in regione sua Nu. de. li. Quia
descenderūt ad mare et inde
p^o nauem transierunt in thar-
sis abierūt p^o herodes q^o na-
tus postea naues tharsis mce-
dit secūdit q^o fuerat p^ophetatū

ca - r - o - d - o - d - o
 se ab eo p^o
 q^o abere

ti

p p̄b In spiritu vehemēti cō-
terēs nauēs thausis. **Q**ueritur
quare puer nō loquebatur ad
eos respondit glō. Ne diuinitas
ante tempus reuelaretur mo-
raliter h' nob datur intelligi ut
qui relicto herode & diabolo ad
ihesum cōfugimus ad ipsū dia-
bolū redire spernamus. **Verbo**

Istrantes domū iuenerūt
puerū cū maria matre
eius et padēb adorauerūt eū
et apertis thesauris suis obtu-
lerūt ei munera aurū thys et
mirā. **M̄ 20** Km̄ veneran-
da solepnitas nobis illuxit oī
deuotione recolenda. In qua
sancta mater ecclesia nō solū
v̄m̄ sicut in plenis qz festis s̄ 2^o
recolit miracula oī ueneratione
digna et ob hac causam qua-
drupla noīe tūcupatur. **H**oc
nāqz p̄ actū a natiuitate x' 13
diebus magi gentiles ad ip̄ stel-
la duce uenerūt et ei mune-
ra p̄iosa obtulerūt. **E**t m̄ dz
Ephia ab ephi epi qd̄ est sup̄
et phanos ap̄io quia de sursum
stella appuit. Vel quia ipse p̄
p̄ stellam q̄ desup̄ uisa est magi
uerus deus demonstratus est.
hō etiā reuolutis cō 29 ānis
cū iā ānū tūū attigisset quia
habebat 29 et 13 dies erat ei
mapiens quasi ānoxū 30 v̄t
lucis v̄t v̄t. **V**eda 3^o plenos
et qz rōna ecclesia asserit tenē-
tū i iordane baptisatus est et
ideo uocatur **T**heophania a
theos & deus et phanos appar-

tio quia ibi sancta trinitas appuit
pater & uoce filius in carne spi-
ritus sanctus & specie colūbe. **E**t
ob hanc causam h' dies valde
solēnis ē dñs ei hodie q' p̄ca-
tū nō fecit dignus ē a iōe bap-
tisari ut nob̄ baptisina ofera-
ret quo abluimur ab oībus p̄cīs
ubi est misterū sc̄e d̄e trinitate
p̄f̄e. **J**ohānu reuelatū est qz nū-
quā aīa factū est nisi sub figurā
et umbratione. **H**oc reuoluto
post hoc vno āno cū esset **J**es̄s ^{ignit}
ignitā uinū ^{idē} cū discipulū uenit
ad nūptias ubi deficiente ui-
no siḡo admirabili aquā mutat
in uinū. **E**t ob hoc uocatur
Bethphama a beth & domū et
phanos apparicio quia mira-
culo facto i do^o uerus deus ap-
paruit hodie reuoluto vno ā-
no post hoc dñs n̄r de quāqz
panibus et duobus pisabus sa-
tiat quāque milia hōmū sicut
Veda et sit^r m̄ 1^o q^o qui magi
illuminans altissimū. **E**t ob hoc
uocatur **P**hayphania a phage
qz ē buca ut māducare et pha-
nos apparicio. **D**e hō m̄ mira-
culo dubitat^r an hō die cōngit^r
m̄ quia in originali. **V**eda nō
sic expresse le^r m̄ quia **J**es̄s
de hō miraculo legitur. **E**rit
aut̄ p̄ximū pascha 2^e. **I**sta at̄
quadruplex apparicio hō hodie
facta est s̄ p̄a facta ē p̄ stellā
in p̄sep̄io 2^o p̄ uocē p̄f̄e in
iordane flūuio 3^o p̄ mutatio-
nē aque in uinū in quāuō 4^o
p̄ multiplicatiōnē panū i des̄to

Ecce km̄ est testimonys hodie confirmatur fides nostra Ad p̄no t̄j retens ommissis de pa apparitione q̄ facta ē ī infancia saluatoris puta dicere p̄pono qm̄ dulcissima et specialiter hodie celebratur et de hac sola eūm in missa fruatur **Reata** hic eūm si placet v̄t habetur cū postat Intrans domū iūcē iuenerūt puerū zē fratres km̄ sicut patz in eūo **Itis** verbis inuitur vbi it̄ tres reges puerū iuenerūt et quō eū inuentū tractauerūt **Et s̄m** hō p̄ nrā morali instrucione nōmantur h̄ duo **P̄mo** vbi puer ih̄s verbū et̄nū a mēte deuota iuenatur quia in domo v̄n̄ Intrans domū iūcē iuenerūt puerū **Et** quō iuentus tractatur quia ē venerandus adorandus misit muneribus oppingre mundus v̄n̄ subditur et p̄cedē adorauerūt eū zē **Quātū** ad p̄mū **Sciendū** q̄ quilibet homo h̄t dicitur v̄z habens sapientia regna ad regendū s̄ corda oza et opera **Item** quz casta q̄ sunt quz casta sensus h̄ p̄ hō querens puerū ih̄s verbū et̄nū nūquā p̄ximus eū iuenit quā in domo v̄n̄ apte h̄ dicit q̄ magi intrans domū iuenerūt puerū **P̄** q̄dē p̄ longū iter venenō nō iuenerūt sed intrans domū iuenerūt **Domus** ita sp̄tialis ē serena et queta cōsacna caritate cōstricā **Cura** qd̄ sciendū q̄ quā diu mēs p̄ euagationē rerū exteriorū detet

tatur distrahit et ī creaturis deletatur tā diu ī domū iūcē tem sue cōsacne intrare nō p̄mittitur sed postquā mēs deuota sic secretū et itimū cōsacne sue intrauerit tūc p̄ ad duobio ī iuemet ih̄sum x̄ v̄m̄ natiū **Ad** quē quietē cordis obtinendā et cōseruandam km̄ p̄ape valet solitū et fuga seculi v̄n̄ legit̄ in vitaspatriū beatū **Antho** dixisse **Qui** sedet in solitudine et quiescat a h̄o bellis eripitur i. auditu locutione et visu et q̄ v̄nū tm̄ habet pugna i. cordis **Itē** p̄ h̄c domū et intelligit̄ sc̄a eclesia vbi ih̄m querere debet et eū iuenie possit **Luce 30** Inuenerūt eū ī templo **v̄n̄** p̄mo subd̄t ih̄s **Nescis** q̄ in h̄is q̄ patris mei sūt oz me esse quod ē q̄ me queratis **q̄st̄ dicit** Cur me queratis p̄ diūsas vias p̄ cognatos et notos **Nesciebatis** q̄ in templo querēdus sū **Et** de h̄o loquitur eūm dōtrua sequentis **Considate** ergo km̄ q̄ ih̄s nō iuenitur in platea vanitatis **San̄ 30** **Circūdo** ciuitatē p̄ vios et plateas querā quē diligit aīa mea **quesiui** et nō iueni **Ne** iueniri p̄t ī tabna gulositat **Job 28** **Nō** inuentur in terra suauiter vuentū **Sed** iuenitur in eclesia **Nos** ergo km̄ si cōtinue solitari ut ip̄m ih̄m in eā queramus et si quō

ita occupatus fuerit ex neces-
sitate q̄ singulis diebus aut
otissime in eam cōpa^{te} esse
nō p̄t tpe diuinorū sit i spi-
ritualiter dicē orationes suas
in domo i cāpo et ubiūque
fuerit cōuertens tot ad dnm̄
et iueniet eū Dicit et cū p̄
Indoro oī dñationis eius bene-
dic aīa mea dño Sed quāz
p̄t visitare debet cū diligētia
et sollicitudine ecclesiam quia
ibi p̄ns est corpus x̄i p̄ nob̄
om̄si et spiritualiter offertur.
Ibi eccl̄ sacerdos p̄ p̄ntibus o-
rat in canone et fideles multū
fundūt ibi orationes quarū
ipse p̄ncip̄s fit (C̄tū ad 2m̄)
quō sc̄ta puerū ihesu iuentū
rūt aīa se h̄re debent nō cū
subditur et proadē adorauerūt
eū In quibus verbis patet q̄
magi in puero z̄c̄ reuerentiā
exhibebant p̄ ip̄ venerabiliter
venerabāt totius corporis p̄stra-
tione 2o ip̄ adorabant 3o ip̄ ho-
norabant munerū largitione
Ex quo patet q̄ sibi impende-
bant oīa q̄ habebant quia ip̄
cōpus i huili p̄stracōe ip̄az
aīaz i pia deuotione et adoracōe
et res ipales i munerū largi-
tione Ex quo facto spiritualit̄
docemur q̄ oīa que a deo acci-
pimus eō honore et reuerē-
tia ipendamus Debet ergo
meritū deuota p̄ ante puerū
ihesu huiliter p̄fide p̄adere
seipsū p̄ nullo reputandū

et sepa^z totā ei subiuciendo eo
q̄ oīa sub pedibus hoīs subiect
et se ipsū p̄t hōz dignificandū
exinanitūt forz seruū accipēs
et seipsū hōi in p̄mū etne be-
atitudinis repm̄isit De 2o
mēs deuota hūc puerū tāquā
uenū deū suū adorare et p̄ oī-
bus donis a deo acceptis ad
deuotas q̄rū actiones semet-
ipsū resoluerē De 3o mēs de-
uota puero ihesu debet mu-
nera spiritualia offerre Auḡ
castitatis dilectiois et obediē-
cie thus orōis deuote et mir-
rā mortificationis carnis et cō-
tinentie P̄o igitur offerre debeo
puero ihu aurū castitatis di-
lectiois et obediēcie que tā
bñ significari p̄t p̄ aurū. p̄o
ei p̄ aurū significatur casti-
tas p̄t puritatē Vñ i Apoc̄
legimus q̄ ioc̄s vidit hōz
p̄inctū ad mamillas zona au-
rea Zone auree p̄inctio nō ē
aliud quā castitatis et mūdicie
observatio 2o p̄ aurū significat
obediēcia sicut ē aurū p̄t flecti
ad oēs forz sic obediētes
flecti dñt ad oīa mādātū dei
3o p̄ aurū significatur cari-
tas ethor sic p̄pter p̄rosita-
tē sicut ei aurū cetera metal-
la sic caritas excellit ceteris
v̄tutes vñ Auḡ. Nichil p̄-
ciosius deo dilectione v̄t et
nichil desiderabilius dyabolo
extinctione ipsius. Sed for-
te dicit aliquis ego paup̄ sū

et nō possū habere aurū quod
 offerā ador si nō hēs aurū cas
 titatē caritatē quod offeras que
 re in thuo locis et satis iuvenes
 s i ophir i eulach z in tharsis
 P ophir intelligitur tenera inf
 mitas ihū xⁱ P eulach aspera
 passio P tharsis iocūda glorifi
 catio P^o igitur aurū caritatis q
 vendi ē i ophir Vñ legitur 30
 regū q serui salomonis ibant
 cū classe i ophir z sup̄tū ibi au
 rā detulerūt ad regē salomonē
 Ophir mīz z ifinitas et bene
 exp̄mūt nob ifantā saluatoris
 nostrī Qd et ifirmius l' debilo
 est puerulo nouiter nato idē h
 multū aurū caritatis iuenitur
 vere et magna fuit caritas q
 illa dei virtus q firmavit or
 bem terre q nō qmouebitur
 sic p nob ifirma fuit ut mēbr
 assueret ifantiū tenerriā Q
 forsitan aliquis dicet q etiā
 alibi libenter qret aurū i ca
 ritatē piosam p̄ hoc 20 20
 p̄cedendū ē i eulach legit
 ē i Gen q in terra eulach
 nascitur aurū et artū terre
 illiq optimū Eulach intelligit
 dolens l' p̄tūrens et bñ exp̄
 mūt nob passionē filij dei ip̄e
 ē ut dicit Ps̄m Vere languo
 res nr̄os ip̄e tulit et dolores
 nostros portauit Et i verita
 te h multū aurū caritatis in
 uenitur Vñ 12 Comen
 dat deus caritatē suā in nob
 qm̄ cū adhuc peccatores es
 semus xp̄o p nob mortuus est

Hec quia forte dicit q libent
 hēs ad aurū alitū qm̄ aptea
 20 20 esidū ē i tharsis Vñ legitur
 20 Regū q classis salomonis ibat
 i tharsis p tres ānos deferēs
 inde aurū Thars intelligit ex
 ploratio gaudij Qd igitur p
 tharsis nisi cūa cēt vbi mē
 tre nō thronus eleuatus est
 in excelsis Vñ Carita In ex
 celsis throno vidi sedere vñ i
 filiū dei factū hoēs quē adorat
 multitudo angelorū z Vere
 hic p̄t gaudiū magnū expli
 cari. Vñ Crisostomus Reuera
 inquit magnū et mirabile et stu
 pore plenū est carnē nostrā
 sursum sedere et adorari ab an
 gelis et archangelis hec ergo
 sepius i mente versans vise veisse
 hic plurimū aurū caritatis iue
 nētis Ephesio Deus qui diues
 est i miā propter nostram
 caritatem suā qua nos dilect
 consedere nos fecit in celesti
 bus in x^o ihū Consedere i
 simul sedere qua vere miā na
 tura sedet cū ipso i throno glē
 ipsius vere magne caritatis
 fuit q limū nostrū dei filius
 sibi cōiūxit et cōiūctū sup che
 rubi et seraphim eleuauit Di
 ūperator romanus sororē aq
 pauperis rustica duceret in
 vxorem et faceret eā consor
 tem ūperij sui magna gra
 tiā diceret illi rustico fecisse
Ista filius ūperatoris celestis
 eximū i nob in hoc ostendit
 caritatē q carnē nostram

assumpsit in sponsam eam glorie sue fecit esse consortem **C**um ergo kmu tantu deus caritate nob ostenderet qd nob nascendo moriendo carne et nostra solum transferendo **I**ustum est ut et nos illu ex toto corde diligamus **P**ro debemus puero ihesu thus orois deuote offerre **P** thus bn deuota oronem accipimus sicut et thus oblatu et adolehu ascendit in altu sic oro deuota et ignita penetrat celu in cuius odore altissimus dñs multu delectatur **P**ro Dirigatur dñe oro mea rō **P**ro debemus offerre puero ihu murā mortificationis ceu castigationis carnis **E**t hanc bn p murā intellige possumus **N**ā sicut mura vermes motificat et a putrefacōe seruat ita carnis afflictio ceu castigatio vitia necat et ab imūdijs luxurie q̄ aiāz putrefacere facit seruat **B**n **S**pōsa in cantibus **M**anus mee distilla uerū murā pbatissimam **P**batissimā additur propter discretionē et abstinecia suandam **D**ñe **E**t studendū est ut sit rationale obsequi nostrū ne si in discreta fuerit castigatio corporis assumpta uires deficiat **P**ro cūctū feruor spiritus tepescat et totus spiritualis perfectus dissipetur **N**ō leuita diatur **I**n oī oblatōe offer sal v. discretionis ut nō ad dex

terā p manz misericordiā castigatiōnū ceu laborem nō ad sinistram p māz gulositate ceu teporem a via regia declinemus nisi fuerit uimentū opetenter pabulata in labore deficiet **E**t si eqm sessor suus uelocius quā sufferre p̄t cōpellit mēdere cū ipso cadens tardius ad locū pueniet q̄ si morosus equare **O**z namqz canē restingere nō extinguere respicere nō op̄mere suat ne lasciuat anilletur ne dñetur **T**erra fertilis si diu i culta fuit siluet si nimis cogitur fructificare fit sterilis si mediū tenetur fertilitas cōseruatur **E**t de agro corporis **E** agendū ut ne de nō oao ut delatō lasciuat ne de iedia v labore deficiat **A**p̄ero tñ de gratia dei qd bn cauebimus de nimis abstinecijs utinā sic caueremus de supfluitatibus **R**ogē go hūc benedictū puerū ih̄m hodie a sanctis atibus magis inuentū adoratū et muneribus adoatū honoratū ut nob cōcedat ipōs ita spiritualiter imitari ut tandē mereamur cū ipsis regna polorū adipisci **A**mē **D**e sancta Agnete sup euāgelū mt 27

Simile est regnum celorum
 decem uirginibus **Thō 9**
 Similitudine decem uirginum
 fatuarum atq; prudentium quidem
 singulis intelliguntur in uirginibus
 quarum alie sunt apertae et mente
 et corpore sunt uirgines alie uero
 quatuordecim tantum corporum reser-
 uantes ut cetera opera non habent
 ut parentium custodia reseruate
 nichilominus mente nupterunt **Deo**
 merito uidetur ex superioribus
 alius sensus esse quod non ad
 uirginalia corpora sed ad omnes hominum
 genus hanc comparationem pertinere
Grego 9 In quibusque eorum corporibus
 sensibus unusquisque subsistit
 genitio autem quinquaginta denarium
 proficit et quia ex utroque sexu
 fidelium multitudo colligitur sanctae
 ecclesiae per uirginibus filis de-
 nuntiatur In quia quia mali-
 ciam bonos et reprobos cum electis ad-
 mixti sunt ut filis uirginibus
 prudentibus et fatuis esse prohibetur
Crisost 9 Id autem hanc
 parabolam in persona uirginum
 potest ut ostendat quod licet uir-
 ginitas magnam quod sit tamen si ab
 operibus misericordie sic de-
 stituta cum adulteris foris euacetur
 quod accipit lampades suas exie-
 runt obviam sponso et sponse
 sponsus est uero sponsa est mater
 ecclesiae **Augo 9** lampades quia
 manibus possunt opera sunt
 deum est eis luceant opera uera cor-
 iam hominibus quibus autem ex eis e-
 rant fatuae et quibus prudentes
Thō 9 Sunt et quibus spiritus qui festi-

nant ad celestia et summa desi-
 derant **Alij** autem sunt quibus sensus
 terrenus affertur inhiantes **Ut**
 secundum **Augustinum** per quibus uir-
 gines significatur quinquaginta
 continentia a carnis illecebris **Co-**
 tinendus est ei autem appetitus a
 voluptate oculorum aurium olo-
 faciendi gustandi tangendi
 sed quia ita continentia pertinet coram
 deo fit ut uel placeatur inter-
 rior gaudio ostendat pertinet coram
 hominibus tamen ut gloria humana ca-
 piatur / quibus dicitur sapientes
 et quibus stultae uel tamen uirgines quod
 uel continent quauis diuerso formi-
 te gaudeant **Grego 9** Dicit autem
 sequuntur seueritate uirtutes ut quod
 unam habuerit omnes habent sic et
 sensus omnes alterutrum se subsequuntur
 propterea necesse est ut aut
 omnes sensus sint sapientes aut
 omnes sint fatuae **Deo** quibus fatuae
 acceptio lampadibus non suscep-
 runt oleum secum prudentes uero
 acceperunt oleum in uasis suis cum
 lampadibus **Hilarus** Oleum
 boni operis fructus est **Basilius**
 humana sunt corpora iuxta quo-
 rum uiscera thaurus bone conscie-
 tiae recondendus est **Theronimus**
 Oleum ergo uirgines habent eodem quod
 iuxta fide ex operibus adornantur
 non habent oleum que uidentur sibi
 quidem fide confiteri sed uelut opere
 negligunt uel sicut **Augustinum**
 Id oleum ipsa leticia significat
 sed id uixit te deus deus tuus
 oleo leticia consortibus tuis
Que ergo non apte gaudet quia

deo intrinsecus placet nō hz
oleū sanctū Gaudū ei nō hnt dū
ganēt vīuūt n̄ m laudibus hōim
Prudent autē acceperūt oleū ac
lampadibus i leticiā honorū o
perū et m vasis suis i m cor
de atq; conscientia posuerūt sicut
et **Ap̄** monet **Jobet** nq̄
scip̄ hō et tunc gloriā hēbit
m seipso et n̄ m alio **Mora**
autē faciente sp̄so **M. de li.**
Mora m̄ 3 decursus t̄pis ab
ascensione x̄i vsque ad diē
iudicij qd̄ t̄p̄s propt̄ longi
tudinē vocatur h̄ mora doc
mitauerūt et dormierūt **Gre**
ḡ **Causa** dū iudex ad exte
riū iudiciū veniē differt
electi et reprob̄i i mortē sop̄
no sequuntur **Dormire** et̄i
mori est **Ante** sop̄nū v̄s dō
mitare ē ante mortem a sate
lauescere quia p̄ pondus
egritudinis puenitur ad sop̄
num mortis **Medita** autē
nocte clamor factus est **Auḡ**
Id ē nullo sciente aut sp̄an
te clamor factus est **M. de**
li. **Vox** x̄i v̄ angelorū ad
vocandū motuos ad iudiciū
ū **Ecce** sponsus venit exite
obuiā ei **Tūc** surrexerūt oēs
v̄gines ille x̄i oēs resurgēt
boni et mali ut appareant
m iudicio et ornauerūt lā
padēs suas **Iste** ornatus nō
ē aliud quā rearsus ad men
tē cogitāo de iusticia suorū
operū et bonitate cōstantia
rū **Greḡ** **Tūc** oēs v̄gines re

surgūt quia electi et reprobi
a sop̄no s̄ mortis exantantur
lampades ornāt quia sua sancta
opera numerant p̄ quibus et
nā beatitudinē recapere expect
tant **Deo** lampades fatuorū
v̄giniū extinguūtur quia eorū
opera q̄ clā hōibus exterius 2
foris appuerūt i aditu iudicis
m̄tus obscurantur et a deo re
tributionem nō īvenūt quia
p̄ eius receperūt ab hōibus
laudes quas amauerūt **Facie**
autē sapientibus dixerūt da
te nob̄ de oleo v̄o quia lāpa
dēs extinguūtur **Id** ē q̄ ē q̄
tūc a prudentibus oleū petūt
nisi q̄ m aduentu iudicis cū
se m̄tus vacuos īvenērūt tes
timoniū foris querūt ac si sua
fiducia decepte p̄ximo dicūt
quia nos quasi sine opere re
pelli aspiciatis dicite de nostris
operibus q̄ vidistis **Auḡ**
De cōsuetudine enī id **Id** m̄
quē v̄n̄ gaudere solet aiō
Itz hōim qui corda nō vidēt
testimoniū volūt h̄re apud
deū qui cordis inspector est
Responderūt prudentes di
centes ne forte nō sufficiat
nob̄ et vobis **Criso** h̄is
v̄is disto quia nō nostrū ad
discē p̄terit m operibus i
quibus m̄enti erimus **Id**
Nō ei h̄ prudentes v̄gines de
auaricia sed de t̄cōe respon
dēt **Auḡ** v̄nusquisque ei
p̄ se rationē reddet nec
alieno testimonio quisquā

admirabitur apud deum tu se-
creta cordis apparent et vix
sibi quisque sufficit ut ei testi-
monium prohibeat conscientia sua
Ite potius ad vendentes et
emite vobis **Idem** **Nō** quasi
dedisse putande sunt sed eme
carum ex obliquo commemoras
se vendit et oleum adulatores
quod siue flos suus ignorat laudatio
in errorem animas mittit et
eis vana gaudia tanquam fatuus
osculando atque ab eis mercedem
commodi temporalis accipit **Ite**
ergo ad vendentes magis et e-
mite vobis **Id** est videamus
nunc qui vos adiuuet qui vo-
bis laudes vendere consue-
rit et vos in errorem ducere
ut coram deo sed coram ho-
minibus gloriam queret **Qu** autem
vent emere **Ni. de. li. p.**
homo insinuat remorsus consue-
tudinis dicentis testimonium de
predictis contra se venit sponsus
et ad remunerationem bonorum
et que parate erant **August.**
in quibus bonum testimonium coram
deo conscientia prohibet **Intra**
venit cum eo ad nuptias et ubi
mundi dei anima sempiterno dei
votum copulatur et clau-
sa est ianua non est post iudici-
um per se aut meritorum locus
se **Novissime** vero venit et
reliques virgines dicentes domine
domine aperi nobis **Iho.** **Egregia**
in domini appellatione iudicium fidei
est sed quod prodest voce invocare
quod operibus neget **Augustinus**

44
Hec magna est eius severitas
post iudicium cuius ante iudicium
effabilis misericordia progata
est **At** ille respondens ait **Amē**
dico vobis nescio vos **Ni. de. li.**
Nota est approbatio qua soli
electi a deo cognoscuntur **August.**
Nescio vos ex causa et causa qua non
habetis artem dei et sapientiam dei ut in-
trent in gaudium eius qui non coram
deo sed ut placeant hominibus visi
sunt aliquid secundum precepta eius ope-
rare **Iheros.** **Novit** enim dominus qui
sunt eius et qui ignorat igno-
rabitur **Et** licet virgines sunt et
corporis puritate et vere fidei con-
fessione tamen quia oleum non habent
ignorantur a sponso **Ubi** infert
Vigilate itaque quia nescitis diem
neque horam **Iheros.** **Id** homo intel-
ligitur universa que deum sunt
esse premissa ut quia ignoras
iudicium diem solite nobis lumen
bonorum operum apparemus **August.**
Nō autem solum in vltimo tempore quo
sponsus venturus est sed siue
quisque dormitionis die et ho-
ram nescit ad quam quisquis pa-
tus et paratus invenietur
tamen illa vos insonuerit qua omnes
evigilaturi sunt **Verbo de**

Quam pulchra **Ecodem**
res et que decora karissi-
ma **Can.** **1o** In quibus ubi
beata agnes commendatur a spo-
so suo ihesu christo de pulchritudine que
sibi placuit et quam inter omnes
colores nulli faciunt homines ita
pulchrum siue speciosum sicut
rubedo cum albedine **Ubi** **Can.**

Go Dilectus meus candidus &
rubicundus **S**o haendū q̄ h̄
b̄tā v̄go b̄n̄ dicitur pulchra &
decora fuit eī cōdida siue al-
ba nitore v̄ginalis mūdiciae &
rubicūda rubeore m̄rij et tolle-
rancie quare sp̄so suo ih̄u
x̄o p̄optie placuit **P**rimo dicit
beata Agnes fuit candida
siue alba nitore v̄ginalis mū-
diciae quā soli x̄o sponso suo
suauit **Q**uā pulchra fuit h̄
v̄go dū carnis mūdicias dedit
dū luxurie fetores abhorruit
et dū carnē suā ab oī corrup-
tione imaculatā suat **E**t
aut̄ **S**acendū q̄ n̄o sine mū-
dicia x̄o placere p̄t in quocūq;
eccl̄a statu fuerit **V**n̄ sicut albe-
do ē colorū oīm fundamētū
n̄c aliquis color cōgrue p̄t p̄i-
gi nisi ei fuerit albedo substi-
tuta **V**n̄ pictores oēs dū aliq̄
pingere volūt calcē l̄ ad al-
bū p̄ fundamētū ponūt sic
ē mūdicia bonorū operū fū-
datiētū et sine ea n̄o pla-
cere p̄t deo **P**ro quo notan-
dū q̄ p̄o ē candor siue mū-
dicia q̄ idē ē **N**ā p̄a mūdi-
cia ē q̄ fulget in corde dicit̄
eī aīa mūda qū nulla culpa
ē deturpā n̄c vlla imūda cogi-
tatiōe fedata **E**t h̄ mūdicia
cordis siue mentis om̄s alia
mūdicias antecellit tamquā
aliarū oīm fundamētalis **N**ā
eī ē pulchritudo in arbore q̄
nō veiat a radice **N**ichil ē
sp̄osif̄ i lūe qd̄ nō descendit

vel i smoe ul' oye mūdi
a sole go nichil ē pulchrius
in corpore q̄ d̄ndat a corde
a quo oīa cor̄e habent moueri
et viuere sicut ramusculus h̄
a radice **N**ūquā eī hō vere
p̄t exterius esse mundus ni-
si p̄us mūdus sit interius q̄
imūdicia exteriōis imūdiciae
interioris aptissimū est signū
Quia sicut dicit Augustinus
i regula canonicorū **I**mpudi-
cus oculis impudica cordis ē nū-
tus **D**ile impudica v̄a et imū-
da corda plant esse imūda
Det igitur attendens h̄ sancta
v̄go Agnes volēs candida teu-
mūda esse foris i carne et
ope studuit p̄us candida esse
i mente ne frustra laboraret
in cetera cordiali mūdicia
derelicta **V**n̄ de ea quement̄
p̄t expoī id **S**ap̄ **C**andor
ē lucis et̄ne et speculū s̄n̄ ma-
cula lux eī n̄c h̄z imūdiciae
admixtū h̄o i h̄z & pulchra
ut nō fiat imūda transiens
p̄ imūda **S**ic et s̄a b̄tā v̄go
Agnes et si potuit ad lupanāe
dūcā nō t̄j fedari teu ḡmāri
Ad mūdicia requiritur i car-
ne candor i eī s̄n̄ mūdicia
carnis p̄d̄s ex mūdicia mē-
tis cū corpus nūquā m̄gnā
p̄t nisi de ofensu mentis **V**n̄
legitur de **S**ancta Lucia **Q**uā
ip̄a dicebat **D**i me i vitā vio-
lari fēns castitas m̄ duplici-
bitur ad coronā **V**n̄ nō ē
p̄fecta mūdicia q̄ ē in sola
carne n̄c ea sit i mēte **V**n̄t

phus **Et** n̄ dicit quib̄ oib̄ q̄
 ab imūdiā abstrinet s̄ si q̄
 net̄ ex ip̄o gaud̄ nulla eī v̄
 tius ē ī corpore n̄ p̄us sit ī
 mente et ī r̄dūd̄z ī carnē
 h̄c igitur v̄go b̄tā agnes qua
 mūda fuit ī mente nullo
 potuit violari ī corpore ne
 murus ne blandimentis ne
 varijs p̄missiōibus v̄z ī le
 genda **30** mūdicia requirit
 ī opere tūc eī p̄fecta ē mū
 dicia **20**pe m̄ā q̄ nō solū
 munda sunt corda sed etiā
 munda sunt v̄ba et opera
 Debet eī mūdicia mēt̄is re
 splendē ī visu ī auditu
 ī tactu ī incessu ī h̄itu et
 ī affatu **Nō** eī p̄t̄ esse ut
 v̄ba munda sūt corda
 v̄ba p̄ opera sint munda q̄
 mūdicia **30** v̄oz opm
 signū certissimū mūdiciē cor
 diū **Unde** qūs m̄ī sancta
 dicit ī vitaspir̄m q̄n̄ ē v̄ā m̄
 titas at̄ hoīb̄ seculares eo
 q̄ sint oīm sensuū suozū cor
 ruptores **30** v̄tā v̄go Agnes
 mūdiciā quā gerebat ī
 corde portabat ī ope et ī
 oī sua qūsatione **30**nebat eī
 esse sc̄ptū **30** m̄ **Eccl̄e** nō
 q̄ tpe vestimenta tua sūt
 candida **Et** id̄ q̄ de d̄nō sal
 uatore h̄ **Maria** nono q̄ ves
 timenta eius facta sunt can
 dida sicut nix **Ad** eī p̄ vesti
 menta candida nisi mūda
 opera **Nā** sicut vest̄ exte
 rius sic boīs operibus ador

namur interius **Itē** sicut
 vestimēt̄ oī turias aeris tegi
 mur sic oī diaboli boīs operi
 bus defendamur **Itē** sicut ves
 tibus hō extior ornat̄ sic et
 boīs operibus totū hō lūnosa
 efficitur **Ergo** ī hac v̄gīe
 sancta vestimēt̄ candida
 fuerūt ip̄a opeā lūnosa **Hac**
 bat eī a d̄nō eē p̄ceptū **mt**
 quito **Dic** luceat lux v̄rā ī
 v̄o **Dic** go p̄s p̄m mēbrū s̄
 quō ista b̄tā v̄go agnes f̄
 candida et alba n̄t̄e caste
 mūdiciē **Hec** heu km̄i timē
 dū ē q̄ pauca sūt hoc q̄ h̄c
 v̄gīe mutantur **ph̄es** sūt
 q̄ maḡ diligēcia q̄rūt ī lect̄
 linteamina mūda ī mēs̄ mū
 da mensalia ī mūda fertula
 mūdicos seruos et circa corp̄
 munda vestimenta s̄ m̄ē tu
 rant munda habere corda et
 opera q̄ stultus q̄ detestabi
 lius v̄o oīa h̄c munda et
 aīaz ceo nobiliorē nō curat h̄c
 mūdiciā **De** cuius nobilitate
 cōquerendo dicit **Greḡ** heu
 inquit q̄ tam parū attendit
 nobilitatē aīe q̄ p̄nā corpus
 viuit q̄ absentia probat q̄ eius
 p̄nā otulerit quā deus tantū
 estimavit q̄ pro ea redimē
 da filiū suū v̄ngentū daret
Et quia km̄i tā pauca salutē
 aīe attendūt iō s̄ q̄ deus dicit
 ī ew̄o **Arta** ē via q̄ duat
 ad vitā et pauca ambulant
 p̄ eā et p̄ q̄s pauca saluant̄

v̄ba

Audite de hoc horrible **Exem**
 plū q̄ quidā decanus bone vite
 decessit et episcopo eūdā cū
 magna claritate apparuit quē
 cū inquisisset episcopus quot
 aīe in morte eiusdem decan
 in ex hac vita migrassent
 quot saluate et quot p̄dite
 fuissent respondit q̄ tria nu
 lia migrassent ex quibus e
 et abbas clarenallis bernardus
 euolaunus ad celum tres
 v̄s ducti sunt in purgatoriu
 ū reliqui in infernū **Ad** dico
 h̄c beata v̄go agnes fuit ru
 bitunda rubore martirij et
 tollerantie nā pro amore
 dilectissimi sponsi sui ihesu
 q̄ p̄ amictis toto corde dilexit
 sanguinē suū intrepide fu
 dit **Dicit** patet ex legen
 da sua quā b̄uiter enarrare
 posset potest quātū placet
 In quisione sancti pauli sup
 Eūm post

Dixit simō petrus ad ihm
 Dece nos reliquos oīa
 et secuti sum te q̄ q̄o erit nob
 m̄ 19 km̄ ut melius scire pos
 sitis occasione h̄c eūm interro
 gatoris **Notandū** q̄ sicut scribit
 iste sanctus ew̄gelista parip̄ an
 in eodē capitulo quidam ado
 lescentis accedens ad dnm̄ dixit
 ei magister bone q̄ facia bo
 ni ut habeā vitā eternam tū
 respondit illi ihesus **Di** vis
 ad vitā ingredi serua man
 data legis .i. nō facies hoīdria

nō adulterabis honora patrem
 tuū et matrem tuā et diliges
 proximum tuū sicut teipsum
 respondit illi adolescens hec
 oīa custodiu a iuuentute mea
 q̄ adhuc in de est **Tunc** oīe
 dno illi qualiter posset pue
 nire ad p̄fectionē dicens illi
Si p̄fectus esse uade et ven
 de oīa que habes et da pau
 peribus et veni et sequere
 me **Ille** adolescens cū audisset
 talia abiit tristis propterea
 quia multas habuit possessio
 nes **Postquā** vero ipse recessit
 sc̄nti dixit dno discipulis
 suis Amē dico vob quia diues
 nō facile intrabit .i. regnū ce
 lorū **Tūc** petrus cū talia
 dixisset pro oībus alijs dis
 cipulis respondit dicens **Et**
 nos reliquos oīa et secuti su
 mus te q̄ q̄o erit nob quasi
 diceret fecimus q̄ iussisti qd
 igitur nob dabis p̄mij **Cum**
 ḡndi fiducia loquebatur pe
 trus ipse ei eāt paup̄ pisci
 tor abos manu et arte que
 rebat et tamē lo^r osidenter
 dicit oīa **for**sitan 3 aliquis
 qui dicit quātū reliquit b̄s
 petrus qui nichil habebat n̄
 tantū retthe et nauiculam
Sed petrus m̄lta reliq̄ qui
 volūtatē habendi otemptit
 et dnm̄ secutus ē cū ipse
 iussit **Vnt** **h** **Gregē** in hac
 re fratres km̄ affectū debe

*ad romanos in fine libri
 folio 73 in sequenti lat.
 Elava dies pauli fuit
 v̄s d̄m̄ d̄m̄ d̄m̄
 Di fuerit v̄s d̄m̄ d̄m̄
 Si fuerit n̄c vel plūm̄
 d̄m̄ d̄m̄ d̄m̄
 Si fuerit n̄c vel plūm̄
 d̄m̄ d̄m̄ d̄m̄
 Si fuerit n̄c vel plūm̄
 d̄m̄ d̄m̄ d̄m̄
 Si fuerit n̄c vel plūm̄
 d̄m̄ d̄m̄ d̄m̄*

potius pensare quā censū mltū
 reliquit qui sibi nichil retinuit
 mltū reliq̄ q̄ q̄dlibz panū totū
 deseruit Certe nos et hīc pos-
 sidemus et ea q̄ mīe habes ex
 desiderio queris mltū q̄o petrū
 reliquit qū est desideria habē-
 di dereliquit mltū dimisit
 q̄cū re possessa est cōcupiscētibz
 renūciavit a sequētibz cōcupis-
 a potuerūt neō etiā igitur
 cū quosdā conspiciat mltā reli-
 quisse apud semet ipm̄ dicit
 mutari hō mundi cōceptōes
 volo sed qd̄ reliq̄ n̄ habeo mit-
 tū fratres reliquistis si deside-
 ris carnis renūciatis extero-
 ra etenī nr̄a dñō q̄tūlibz p̄ua
 sufficiūt cor nāq̄ue z nō substā-
 ciā pensat nō p̄pedit quātū ī
 eius sacrificiō s̄ ex q̄to profe-
 ritur nr̄a s̄ exteriorem sub-
 stānciam p̄pendimus ecce s̄
 negotiatores nr̄i p̄petuā ange-
 lozum vitā datis retibus et
 nauū meriti sūt **Estimationē**
 quippe p̄cij nō habet sed regnū
 dei tm̄ v̄z quātū habes **Hec**
ie **Ihesus autem dixit illis**
Amē dico vob̄ q̄ vos q̄ secu-
ti estis me dimissionibz tre-
nis in regnāōe cū sederit filius
hoīs ī sede maiestatis sue se-
debitis et vos sup̄ sedes 12
iudicantes 12 tribus israhel
 In hō loco nō dixit dñs qui
 reliquistis oīa sed dixit qui
 secuti estis me Certe mlti
 sūt qui relinquūt diuitias sed

nō sequitur xpm̄ quia nō faciūt
 que iubet dñs **Dicit fecit So-**
crates plūis p̄ganoz q̄ v̄di-
dit oēs substānciā propter hu-
manā laudē et p̄cū quod m̄
accepit in mari p̄cipituit sed
a deo ī die iudicij nullā retribu-
tiōne accipiet quia pro deo suo
nō reliquit **Deo tantū illi re-** qui
linquūt diuitias diuitias seculi
et credūt in xpm̄ facientes
 voluntatē eius ī nr̄o supra
 dicto ī regeneratiōe r̄ ī iudi-
 cio tpe resurrectiōis mortuoz
 apparebūt **Regeneratiōe ap-**
pellat deus generāle resur-
rectionē qm̄ mortui oēs ī fine
seculi resurgēt quia certe sic
aiā et spiritus ī hō seculo re-
generantur p̄ baptisimū ita
in fine seculi regenerabunt
corpora nostra p̄ resurrectio-
nem **Cū sederit filius ī sede**
maiestatis sue **Cū dñs nr̄**
iudicaturus ē mundū nō
appebit ī iudicio ī forma dei-
titatis sed ī forma huānitatis
quia sicut ī for̄ humana fue-
rat iudicatus a pilato ita in
forma iudicabit sicut dicitur
Act 10 **Dixit veniet quēadmo-**
dū vidistis eū r̄ quia sicut
in huānitate ascendit sic in
huānitate descendet ad iudiciū
sed tūmē apparebit in forma
huāna gloriosa iō dicitur **In**
sede maiestatis sue **In p̄mo**
ei aduentu sedit in sede huā-
nitatis **Sedebitis et vos sup̄**
sedes duodecī iudicantes 12

tribus israel. **V**edes apostolo
rū nō debemus intelligē copo-
zales cothedias sed potestatem
que data ē eis a dño q̄ p̄cto
considerare possumus q̄ sanc-
ti apostoli cū dño venient ad
iudicandū et cū eo iudicabūt
oēs gentes. **E**t nō solū istud
intelligēdū ē de apostolis sed
de oībus sanctis qui secuti sūt
vestigia eius apostolorum. **E**t
p̄ 12 tribus debemus intelligē oēs
populū terrarū. **P**ro quo. **H**ic
dū q̄ i iudicio extimo quatuor
ordines erūt duo iustorū et duo
reprobū. **P**or ordo eīt apostolo-
rum et eorū qui secuti sūt ves-
tigia eius isti iudicabūt et nō
iudicabuntur. **A**lter ordo erit
bonorū secularū hoīmū et con-
gatorū qui iudicabuntur et dis-
cernentur a consortio reproborū
et a dño audient. **V**enite be-
nedicti patris mei zc sed isti nō
iudicabūt alios. **V**ilr duo ordi-
nes erūt de reprobis unus ex
eis erit qui cognouerūt domi-
nū sed opera eius nō fecerūt
isti debent iudicari et dāpnari
et audient a dño. **I**te male-
dicti zc. **A**lter ordo erit que nō
iudicabuntur sed tantū dāpna-
buntur sicut sūt pagani et il-
li qui nō cognouerūt deū. **I**lli
certe resurgent i iudicio sed nō
iudicabuntur. **D**e talibus enī
dicit. **N**ō apostolus. **C**ui non
credit iam iudicatus est. **E**t
beatus paulus similiter de hys
dicit. **C**ui sine lege peccauerūt

sine lege peribūt. **A**tem. **N**otā
dū pro eo q̄ dicitur hic q̄ apos-
toli iudicabūt duodecā tribus isrl
q̄ iudicare amplitur dupliciter
vno° p̄ncipaliter sicut iudex qui
profert sententiam et hoc modo
solus xps iudicabit. **A**lio° pro
sedere in loco eminentiori nix
iudicem sicut assessores iudicis
et hō modo apostoli et alij viri
p̄fecti cū xpo iudicabūt quia sen-
tentia iudicis approbabūt. **E**t oīs
qui reliquerit domū vī fratres
aut sorores aut patrem aut ma-
trem aut uxorem aut filios aut
agnos propter nomen meum cē-
tiplū accipiet et vitam et̄nam
possidebit. **I**stud nō ē sic intelli-
gendū ut aliqui dixerūt q̄ p̄
aliquā reuolucōne tpm post
iudiciū oīm q̄ hic dimittitur
propter deū reddantur in eadē
specie ut s̄ qui dimiserit unā
uxorē centū recipiat in futuro. **P**ro
et sic de alijs sed ē sensus q̄
qui carnalia pro x̄o dicit
spiritualia bona recipiet hic
in p̄senti q̄ ita extendit bona
temporalia sicut centesima nra
vnitate et vitā et̄nā posside-
bit in futuro legitur exem-
plū. **E**t cū quidā episcopus q̄
dā vice hō eīm p̄dicasset s̄
oīs qui reliquerit domū zc ut
quidā sarracenus qui herc audi-
uit dixit ad episcopū. **D**i sup̄
dicto s̄mone caucioz feceris
fidelem oīa pauperibus dis-
tribuiam et fidē vestram
accipiam. **E**piscopus fideus

45

fore constituit. sanna baptisatur
et oia pauperibus dedit tan-
dem sanna. moiturus vocauit
episcopum et ait recordare par-
ti qd' pmisisti michi et si pecu-
nia post mortem no' centupletur
tantam pecuniam filius meus re-
stitues respondit episcopus
dn's dig'it' implere qd' pmisit
alioquin faciam q' dixisti mor-
tuo pre' reperit filij pecuniam
repete. At episcopus i' oroe se po-
nens amonitus a deo fecit sepul-
chru' eius apere p'ntibus filijs
et i' uent' i' manu defuncti lras
scriptas aureas lras. Jam centupli
recepti sicut episcopus p' dixit
et p'nt' etna' possideo. **De rino**
Uas elois e' m' **Act' no'**
Ami tabernarij volentes
vina sua exponere solet sua
vasa et aphos eligeri i' quibz
vini sui pulchru' appeat et
emptores et emptores solo visu
alliceat. Sic dn's ai' uellet b'm
ig' ponere i' tabna et exponere
vendit' paulu' elegit i' quo p'di-
ca' celestis ydonee apperet sit
m' uerbis p'p'ite dn' patet ai'
diat vas electio' e' m' iste p'
quo. **Sciendū q' ad ho' q' vas**
sit electū et bonū specialiter
quatuor requirunt' q' fuerunt
i' beato paulo p' q' sit vas
altū 1o q' sit purū et mundū
2o q' sit clarū et laudū 3o q'
sit solidū et finū. Talis certe
fuit beatus paulus quia p'o
vas altū p' oteptū tēporalis
substantie vas purum et mū

diū p' donū cōtinēre vas cla-
rū et laudū p' donū p' donū sa-
pientie vas solidū et firmū p'
donū pacencie p' dico q' fiat
b' p' vas altū vas t'ra eleuati
vas celo p'rimū p' cōtemptū tē-
poralis substantie. Quis kmī
sic paup' sit iste. b' p' q' semp'
xpm oī delictis et nō de ew'
uiuere uoluit sed labore manu-
um suarū victū quesitū sicut
p'ferte patz i' em's epistolis. Vn'
de eo quementer p't exponi
id' **Act' 23** vas admirabile opa
excelsi. Est et opus excelsum
p'o excelsim' et cūct' admirabi-
lissimū sic p'f' cōtempne mun-
dū spernere victū nō auare
uestitū sed oia arbitrarij ut
stercora propter xpm. Sed heu
hodie cōtepnitur paup'tas et
auaricia regnat quia sicut
Ihe a nūmo usq' ad maximū
oēs auaricie student nō atten-
dūt miserē q' id' q' natura
sub pedibus nostris posuit ipi
pueris natura sic ponit sup
capit' nūq' nō nā de nobis
terra pedibus cōcūctandam
q' o' naturam e' si terra hoī
dnet' que ei data e' ut pedi-
bus cōcūctetur s' nūq' aurum
et argentū nō generantur
ex terra. Quid e' aurum 2
argentū aut **ber' 9** nisi terra
rubea et alba p'o secundum
p'lm sūt egestiones terre nō
mireris si sūt h' metalla ipā
terra viliora cū sint ex terra
creata et ad modicū sint vna

n̄ q̄q̄ ea facit estimatio hūā
q̄ oli habuit ea vilissima et
plus eo quā aurū reputabāt
gō n̄ sua natura sed estima
tio sola facit ea p̄iosa / nō ne
plus valet frumentū quam
aurū cū sit tota vite susten
tamentū si quis esset ī aliquo
loco et ez vndiq̄ plenus au
ro si pane careret et frumē
to certe īualefcente fame totū
daret p̄ pane modico p̄ gō
q̄ sola estimatio falsat iudi
cium **2o b. p.** fuit vas pu
rū et mundū p̄ donū cōtinē
cie v̄n̄ et dicebat p̄ma **Cor̄ 4o**
loquēs de cōtinencia volo cū
oēs hoū esse sicut me ipsum
sicut cōtinere sicut ego ipse q̄
neo **Et de ho vase puro p̄**
exponi id **p̄ 2o 2o** Aufer
rubiginē de argento et eg
dicit vas purissimū **Artū** ei
cū q̄d fuit propter donū q̄
tinēcie sed erat rubiginosum
propter p̄sentationē quā m̄se
rebat eā **Dū** ergo x̄ps ei ī
via apparuit verbis terruit
terā ad exteriora reddidit et
intus lūē gracie illustravit
peccati rubiginē **Artū** reuocat
et vas purissimū fecit **Hic**
p̄t recitari historia ex actibus
apostolorū **Et** nos ergo mū
dari debemus si graciā dei
recipē volumus **Tabnarius**
ei vinū suū nō facilliter m̄
fundit ī vas imundū nūquā
parū vini ponēs ī apho tuo
nisi p̄us mūdificato quō gō

credis q̄ dñs ifundat vinū gr̄e
sue ī corde imundo **2o b. p.** fuit
vas clarū et lucidū p̄ donum
sapientie admirabilis fuit enī
sapientie admirabilis ita vt eo
verba ī magna veneratione
seneca doctor gentilis haberet
et scripta sua approbaret et
senatus nō mediociter de illo
sentiret et ipse cesar ipsum
valde verbis extolleret sicut
ipse **Benē** docet **Vn̄** de eo p̄t
exponi id **Gal 2o** Vas castū
m̄ excelsis ifirto resplendēt
Vas castorum dicitur quia p̄
ei castra cristiane milicie illu
minantur quis v̄mquā sic do
cuit quis sic x̄pm̄ p̄dicauit
quis sic mundū illuminū vt
paulus sic ei x̄pm̄ ardentē
amauit q̄ totū mundū acq̄re
totis viribus laborauit **Vn̄** dicit
q̄ m̄ firmamento reli resplendu
it quia firmamentū v̄t k̄ velut
magnum luare claruit et oēs
gentes docuit quarū apostolus
fictus fuit **Nos** gō km̄ stude
amus doctrinā eius oī studio
imitari qui nō solū verbis
sed exemplis docet nos pen
tenciā agere cōtinēciā dilige
re et voluntatē dei facere **Et**
beatus paulus fuit vas firmū
et solidū p̄ donū paciencie
vas ei qd̄ modica ipulsione
cadit et frangitur nō est ap
preciabile cito ei effundēt cō
tentū ī eo sed sic nō fuit b̄s
paulus multas ei angustias
sustinuit multas cōtinaciones

mortis audiuit et tamen firma
 fortis solidus p mansit q via
 veritatis no dereliquit vn de
 se ipso ait ad **Cor 9** Quis no
 separabit a caritate xpi tribulatio
 an angustia an fames an nu
 ditus an persecutio an pericu
 lu an gladius quasi dicit neo
Item 2o Cor 11 In laboribus
 plurimus i carceribus habu
 danti9 in plagis m modis in
 mortibus frequenter a iudeis
 quinquies quadragenos vnu
 minus accepi ter virgis cesus
 su sel lapidatus sum ter nau
 fragiu feci 2o vn pas q gra
 dei plenus fuit 2o vas e aq
 plenu ad ignem no dissoluit
 si at vacuu fuerit ab ignis
 vehementia frangitur v li
 quescit **Eccl 3** A vasa figuli
 pbat fornax et hoies iustos
 temptatio tribulacionis Tales debe
 rent esse milues x sic p oia
 solidi et firmi ut ne ipsa mo
 te possent ab hostibus detineri
